Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

physicos disputantes dicunt se arenas lacrorum guttas oceani caelorum spatia treq; punctum liquido comprehendisse; instulti loquium autem & scurilitatem hoc inter est. quod stultiloquium nihil in se sapientis habet; Scurrilitas uero deprudentia mente descendit & consulto appetit quedam uel urbana uerba uel rustica uel facetia quae nos iocularitatem alioquerbo possumus appellare. ut risum moueat audientibus; uerum haec ascisuris penitus appellenda quibus magis conuenit lugere; Beati enim qui lugent quoniam ipsi consolabuntur;
sed magis gratiarum actio; Quaerat aliquis & dicat. quisibi uult pro fornicatione prohibita & inmundicia celeraq; uitia gratiarum actionis aut dicimus. gratiarum actio in hoc loco nisi tantum nominata uirtus quae gratias agimus dum sed uirtus quae gratiam siue gratiosi & falsi aput homines appellamur; dicit enim xpiani sermonem sale. et condita ut gratia aput audientes habeat; hoc autem scito te intellegentes quod omnis fornicator aut inmundus aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno xpi & dei; Notandum quod exuitur supra prohibitis. fornicatione inmunditia auaritia turpitudine. stulti loquio scurilitate. nunc tantum tria posuerit. fornicationem inmunditiam auaritiam quibus quisquis fuerit obnoxius hereditatem in regno xpi & dei habere non possit; Sicut stulti loquius & scurra alienum erit a regno dei quomodo tres quos specialiter separamur; iudicatur sententia et crudelis nignoscere in debilitatis fragilitatis humane cum & ia periocum nos dicta damnarent. Quienim in sermone non labitur perfectus est uir. quia uir enim aliquis a fornicatione inmunditia atq; lascuia alienus sit tamen si stultiu loquius & scurra fuerit intinebit eum locum quem posse surus erat si hec uitia habeat;
Respondeat quis. stulti loquium scurilitas non eundem habent reatum quem fornicatio inmunditia. & auaritia. nunquid non & turpitudinem cum tribus debuit nominare. Adquod dicendum turpitudinem hic significare abscondita cogitationum cum inflamantur sensus nri ad libidinem & carnis titillatione anima ignita succendit. & nihil omnius timore & mentis iudicio refrenat. Denique & iam supra absque turpitudine triparitem appellauit dicens. fornicatio autem & omnis inmun

ditia